



Antiquae Lectionis Tomus ...

Bipartitus, In Quo L. Vetera Monumenta, Nunquam Visa, Pauculis Exceptis -
Quorum Catalogum versa pagina indicat

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1604


37. Synodus Augustana.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64177)



SYNODVS AVGVSTANA.

Nunc primùm euulgata ex m. f. Cod. ce-
leberrimi Monasterij Wein-
gartensis.



VM excellentissimus, piissimusq; Otto Rex, superna
attractus clementia non minus de negotio spiritali,
quàm de statu Christiani imperii * tractare, in primis
Pòtificum, aliorumque primatum suorum communi
consilio fretus anno Incarnationis DCCCCLII. In-
dictione X. Anno verò Regni eius XVI. sub die VII. Id. Aug. placi-
tum, conuentumque Synodalem Augustæ fieri decreuit, quatenus
concordi diligentia, tam sancti Cleri, quàm populi Ecclesiæ stabilita-
tis profectus & totius Christianitatis vtilitates tractarentur. Cuius di-
uinæ rei dispositionem per reuerentissimi, atque prudentissimi Fri-
thurici Maguntinæ Sedis Archiepiscopi industriam maximè guber-
nari deliberavit. Heroldo etiam * Iuuanensis Ecclesiæ Archiepiscopo,
Manase quoq; Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopo, Petro Rauen-
nati Archiepiscopo, cæterisque, Italiæ, Galliæ, Germaniæ, subnotatis
Pontificibus huic discussioni operâ exigentibus, Vdalrico Augustensis
Ecclesiæ Episcopo; Annoni Wangionensis Ecclesiæ Episcopo; Starcã-
do Eibstensis Ecclesiæ Episcopo; Cunrado Constantiënsis Ecclesiæ E-
piscopo; Poponi Werziburgensis Ecclesiæ Episcopo; Godefrido Ne-
metensis Ecclesiæ Episcopo, Harberto Curiensis Ecclesiæ Episcopo.
Vudoni Argentinenensis Ecclesiæ Episcopo, Lantberto Frisingenen-
sis Ecclesiæ episc. Hugone Aritiënsis Eccl. Episc. Michael Radesborien-
sis Ecclesiæ Episcopo; Adelberto Patauensis Ecclesiæ Episcopo;

* f. traBa-
res.* Salisbur-
gensis.

Luidfrido Picinensis Ecclesie Episcopo; Gifibrando Terdonensis Ecclesie Episcopo; Antonio Bricienensis Ecclesie Episcopo; Vultoni Romano Episcopo; Deodato Parmensis Ecclesie Episcopo; Vintono Mutinensis Ecclesie Episcopo; Adelardo Regenenis Ecclesie Episcopo; Sigolfo Placentinae Ecclesie Episcopo; Adalgio Aquevianensis Ecclesie Episcopo, cum eorum vnanimis diligentia, huic Ecclesiastico negotio vigilanter instaret, omnibus ratum putabatur, principem regni beatæ matris Ecclesie deuotum filium postulare, quatenus ibidem diuina discutientibus interesse dignaretur. Tum die proximo finito eo veniens dulcisona modulationum iocunditate, honorifice uti regiam dignitatem decuerat, ab omnibus acceptus, Missæ celebratæ finita satisfaciendo Pontificum petitioni cum insigni priuatiuitate Synodum intrauit. Interim reuerendus Mogontina Sedis Archiepiscopus Frithuricus se è folio erigens, humiliter, strenue; sermonem regulari studio congruentem protulerat, deinde cuncta, quæ de iure Ecclesiastico iuxta Canonicam auctoritatem & imitanda Sanctorum Patrum decreta erant ventilata pronuncians, in hisce omnibus huic rei necessariis se in commune eius præsidium sentire postulabat. Quibus Rex superni amoris igne succensus, & zelo diuini amoris animatus, mentis, corporisque nisu Ecclesiasticarum rerum auxiliatorem, defensorem promptissimum se esse promittendo certificauit. Hac videlicet promissione audita regali, prælibatus Archiepiscopus residens communi cæterorum assensu, capitula subsequentiæ titulari præcepit.

* Missæ celebrata.

CAPVT I.

Siquis Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorumq; vxorem acceperit, à sibi iniuncto officio deponendus est sicut in Concilio Carthaginensi tenetur, cap. 17.

CAPVT II.

Episcopos, Presbyteros, vel aliquem de Clero, canes venandi amare, vel accipitres habere non licet, sicut in Concilio legitur Toletano cap. X. Quisquis autem personarum huiusmodi in hac voluptate denudatus fuerit, quamdiu in illa detestabili voluptate deinceps, ab omni Ecclesiastico officio cesset.

CAPVT III.

Episcopus, Presbyter, aut Diaconus alicui vacans, si ab hoc interdictione opere

opere cessare noluerit, velut in Canone Apostolorum habetur capitulo quadragesimo secundo, deponendus erit.

CAPVT IV.

Nullus in Clericatus officio manens mulierē subintroductā secū habitare permittat. Si verò aliqua suspiciōū maculis adspersa contra hæc agere tentauerit, ab Episcopo vel eius misso virgis cæsa detondeatur. Si autem læcularis potestas hoc fieri prohibuerit, regia potestate fæmina coacta prælatæ sententiæ subiaceat.

CAPVT V.

Duersa læcularis vitæ negotia fugientes, & Monasticæ institutionis normam aggredientes extra claustrū sine licentiâ proprii Abbatis ire non licet: sed tantummodo ieiunio & orationi vacare, in locis quibus renunciauerunt seculo permanentes, sicut in Concilio Chalcedonensi præcipitur.

CAPVT VI.

Oportet etiam Episcopum, in cuius diœcesi cœnobium situm est, Monachorum prouidentiam gerere, & si aliquid correctione dignum repperit, corrigere festinet.

CAPVT VII.

Clericis Monachicum habitum sequi cupientibus, & pro remuneratione diuina læcularibus spretis arctiorem vitam adire volentibus, nullatenus introeundi aditus ab Episcopo denegetur, sed potius cum in tali conuersatione persistere exhortari conetur, sicut in Concilio Toletano habetur capitulo L.

CAPVT VIII.

Sanctimonialis, quæ spontanea voluntate, strictiori vitæ proposito se alligare voluerit, nullare obstante, id quod bona intentione disposuerat peragendum, ab Episcopo impediatur.

CAPVT IX.

Vt laici Presbyteros sine conscientia & consensu proprii Episcopi ab Ecclesiis eis canonicè commendatis non eicere præsumât, nec alios locum eorum subire faciant, quia vt ab Episcopis ordinantur,

tur, ita necesse est ab ipsis Ecclesiis procurandas accipiant, sicut in Concilio habetur Arclatenfis cap. IV.

CAPVT X.

VT omnis decimatio in potestate Episcopi sit, & si neglecta fuerit, quidquid inde emendandum sit, coram Episcopo, cuius misso corrigatur.

CAPVT XI.

Episcopus, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, vt in multis Conciliis firmatum est, quia diuina ministeria contrectant, ab vxoribus abstineant. Ceteri autem Clerici, quando ad maturiorem aetatem peruenerint, licet nolentes, ad continentiam cogantur.

Finis Synodi Augustanae.

*Illustriss. Cardinalis Baronius Tom. X. Annalium
Anno Christi 952.*

QVO etiam Anno, Augustimense, Augustae Rhetiae provinciae publicus habetur conuentus Episcoporum, nec non Principum Francorum, Saxonum, Bavarorum, Alemannorum, & Longobardorum, ybi Berengarius cum filio Adalberto sese subiecitus Ottoni, ab eo, vt subditus, recipit regendam Italiam, &c.

¶ (o) ¶

STNO.